



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XLI. De inopinato incendio in ciuitate Babebergensi exorto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

*De inopinato incendio in ciuitate Babe-  
bergensi exorto.*

C A P V T X L I .

Ed dum fortē armatū, qui eatenus atrium suum, Pomeraniā scilicet, possederat, fortior Christus superueniens superasset, armisq̄ eius per beatum Pr̄sulem confractis, spolia distribuisset, non ferens ille violentam de sedibus suis exclusionem, tanquam leo rugiens, vel modicam seruo Dei inferre n̄is est l̄ationem. Et aliud, quod ageret, Domino prohibente, non inueniens, locum Babebergensem, maiori ex parte, inopinato incendij discrimine, absump̄it, vt, dum pastor eximius, perfecta apud extraneos pr̄dicatione, sponsam suam cū gaudiō reuiseret, non per omnia integrā, sed aliquantulum hoc damno conquaſſatam, ac meroe confestim inueniret. Nō enim, qua festiuitas sancti Hetmetis Martyris agebatur, cuius precioso corpore locus ipse à primordio per fundatorem suum beatum Henricum nobiliter est insignitus, idem lamentabile incendium, occasione mulieris cuiusdam in partu laborantis, sump̄it exordium: quod statim circum circa se impetu valido torquens, omnem locum extra ciuitatis ambitum tanta vastauit atrocitate, vt vix rariusculē quorundam calæ euaderent. Ipsa verò ciuitas eum Ecclesiis suis infra vel extra positis patrocinio beati Hermetis aliorumq; aduocatorum suorum illaſa permanſit.

Ad nihilum itaque fraus & malitia versuti hostis est redacta, quoniam quidem & sponsa castissima Bambergā terram calamitatis huius nubeculam, patre suo, tanquam serenissimi solis iubare, ad se reuerso, facile dissipauit: & ipse atrium suum, quod diu securus possederat, vltra tenere non potuit. Christo enim in Pomerania, per Apostolatum

pij Ottonis, regnante, inimici defecerunt framea in finem, & ciuitates eorum destruēt;

sunt.

¶ 3

De

Ebo.

Luc. II.

Sequentia q̄q;

ad finem huīe

libri secundi,

desunt in edit.

Canſiana.

Incendiū Bami-

bergense, Cacco

demonis inus-

dia & ira ex-

citatum.

Corpus S. Her-

metis Bamberg-

& conditum.

Pſalm. 9: